

Exemplum in Marte.

Anno Domini 1587, mense Ianuar. d. 15, h. 15, m. 50, reperta est (ut supra annotavi) latitudo Martis observata in Huæna 3 gr. 13 m. borea.

	<i>Sig.</i>	<i>Gr.</i>	<i>Mi.</i>
Huic tempori congruit motus nodi B.	1	16	41
Item longitudo vera eccentrici	5	3	37
Ergo anomalia pro scrupulis proportion.	3	16	56
Et ipsa scrupula proportionalia		57	18
Porro ipsa anomalia orbis annui vera	5	2	2
Cui respondet latitudo implicata B.		3	18
Qua in scrupul. proport. excepta exurgit vera latitudo quæsitæ		3	8½ B

Differentia itaque 4½ m. est, qua observata supputatam latitudinem superat, Vide in fine eæ 13 hujus. quod heic vel maxime factum video, quoniam semidiameter orbis in hoc exemplo supponenda, nempe 657598, media 654950 major est: ad quam quidem mediam latitudines in tabula sunt computatæ.

Haftenus exempla nostri seculi in hisce superioribus planetis fuerunt, quæ factis nostræ restitutioni in cælo se conformabant: restat etiam ut priscas illas animadversiones trium horum planetarum, ad congressus cum affixis, quæ in longitudinum restitutione à nobis percensentur, examini pro earundem latitudinibus subjiciamus, tentaturi, quoad fieri potest, num mutatio illa eclipticæ, seu latitudinum, quæ in fixis superius demonstrata est, in hisce quoq; fuerat persensibilis: nam absque illis cæteroquin inutilis per Ptolemæum pro hujus rei indagine labor fuscipitur. Siquidem eodem nomine de erraticarum, quo fixarum apud ipsum latitudinibus veris, ambigui hæremus, armillas antiquas culpantes, quarum vitio partim factum reor, partim etiam suppositionibus ipsis Ptolemaicis, non satis convenientibus, ut limites maximarum digressionum horum planetarum ab ecliptica, nostris ampliores evadant. Mutatio enim, quæ eclipticæ interea accidisset, puncta æquinoctialia, quibus proxima illi fuere, nequaquam sensibilibiter attingit.

Exemplum prisce observationis in Saturno.

Anno à Nabonnaffaro 519, mense Tybi apud Ægyptios, die 14 vesperi, hoc Vide c. 4. hujus. fuit anno à bisextili mundano completo 3735, ac duobus mensibus, congressa erat stella Saturni, cum sequente sub australi humero ♄, ita ut distaret ab eadem in austrum duobus digitis. Quoniam autem stella fixa dicta, juxta rectificationem Tyronicam, nostram præcessionem æquinoctii, ac latitudinis emendationem, erat tunc temporis in 9 gr. 3 m. ♄, cum latitudine borea 2 gr. 43 m. erat Saturni latitudo 2 gr. 37½ min. B. Ad hoc autem tempus erat nodus boreus Saturni 2 fig. 29 gr. 6 m. ab æquinoctio medio elongatus; & longitudo eccentrici coæquata 5 fig. 9 gr. 1 m. quare argumentum pro scrupulis proportionalibus fuit 2 fig. 9 gr. 55 m. & ideo scrupula proportionalia 56 min. 12 sec. denique anomalia orbis annui coæquata 5 fig. 28 gr. 30 m. Vnde latitudo vera sequitur 2 gr. 37½ min. B. Sed ex canone latitudinum Ptolemaico, supposita maxima latitudine borea in Saturno 3 gr. 2 mi. quæ 14 m. nostram superat, dicta latitudo provenit 2 gr. 50½ m. borea. Ex hac veterum observatione, quandoquidem nostræ suppositioni congruit, non satis diserte cognoscere datur mutationis eclipticæ vestigium, quæ in illa elongatione ab æquinoctio autumnali in antecedentia vix 7 min. est. At satis hinc liquet, Ptolemæum latitudinis limitem boreum in Saturno justo majorem constituisse, quando eandem adhuc majorem in Septentrionem educit, quam ipsius fixæ suppositio efflagitat.

Exemplum priscum latitudinis in Iove.

Vide cap. 7.
hujus.
Lib. 9. cap. 3.

Anno ab obitu Alexandri 83, mense epyphi secundum Ægyptios d. 18 mane, quod tempus in annum ante natum Christum 241, ac horam matutinam diei 4 Septemb. incidit, stellam Iovis australem asinum Cancri occultasse, Ptolemæus commemorat. Ad id temporis reperitur motus nodi borei Iovis 2 fig. 29 gr. 56 m. à verno æquinoctio, longitudo autem eccentrici 2 fig. 28 gr. 7 m. Vnde argumentum latitudinis pro scrupulis proport. 11 fig. 28 gr. 11 min. & ipsa scrupula proport. correspondentia 1 m. 54 sec. Porro anomalia orbis annui 2 fig. 9 gr. 2 min. & ipsa latitudo implicita 1 gr. 14 m. quæ Ptolemæo est 1 gr. 18 min. Cæterum è multiplicatione scrupulorum proport. in illam saltim nostram emergit ipsa latitudo Iovis 2½ m. merid. At latitudo stellæ fixæ quam australem asinum vocant, è domini Tychonis accuratissima observatione est 0 gr. 4 min. merid. nostro seculo, quæ juxta normam mutatæ obliquitatis eclipticæ fuisset seculo isto prisco 0 gr. 25 m. merid. Si itaque Ioviale jubar medio obtexisset dictam stellam, eandem cum ipsa latitudinem obtinuisset. Videmus igitur, propter talem mutationem, eclipticæ sectionem à via planetæ mobilem fuisse, & orbem planetæ, non minus quam stellæ locum, immobilem perstitisse; quod etiam hic maxime juxta initium ω apparuisse oportuit; nisi fortasse Ioviale lumen nimis diffusum, stellam hanc, quæ quartæ magnitudinis censetur, in mediocri ad boream ab illa distantia, quasi tertie gradus partis, quando planeta transmeasset, ita obtegere potuisset, ut illam oculis intuentium eximeret.

Exemplum in Martis latitudine antiquo seculo observata.

Vide cap. 10.
hujus.

Anno à discessu Alexandri Magni 52, d. 21 mane mens. Athyr apud Ægyptios, id est, ante Christi in carnem adventum 272 annis, d. 18 Ianuar. mane videbatur stella Martis adposita fuisse boreali fronti m , cujus latitudo ad id tempus è Tyconica restitutione 1 gr. 16 m. B; Martis itaq; latitudo tunc eadem quam proxime fuisset, modo claram in fronte m cum Ptolemæo, & non etiam aliam cum Iohanne Kepplero fixam istam fuisse, etiamnum, ut superius circa longitudinis restaurationem, asseruimus; id enim vel maxime in hac latitudinum collatione apparet.

Ptol. lib. 10.
cap. 9.
Lib. hujus cap.
10.

	<i>Sig.</i>	<i>Gr.</i>	<i>Min.</i>	
motus nodi boreæ latitudinis Martis	0	19	20	
Longitudo eccentrici ejus vera	5	23	20	
Argumentum pro scrupulis proport.	5	4	0	
				<i>Sec.</i>
Ipsa scrupula proportionalia correspondentia			26	20
Anomalia annui orbis vera	4	1	20	
Latitudo implicata respondens		2	9	
Ergo ex hisce vera Martis latitudo B. datur		0	57 fere	

E tali autem $\omega\epsilon\theta\delta\epsilon\sigma\delta$ seu appositione Martis, ad dictam claram in fronte m præter octavam quasi gradus partem, qua ille adhuc australior esse potuisset, (nec enim major ejus latitudo è triangulari inductione exputata expectataque fuisset; sed potius paulo minor ob semidiametrum annui orbis à media paululum deficientem) idem quod superius in Iove, de non mutatis horum planetarum orbibus, affirmari posse videbitur, ut quod fixis circa latitudinis mutationem convenit; erraticis hisce non denegetur, si quando easdem priscis seculis illis accommodare quis voluerit.

Lib. prior. c. 4.

CAPVT XVII.

DE

Generali descriptione triplicis hypotheseos, cui motus Veneris & Mercurii alligantur; ipsiusque permutatione varia.

L Abore, qui motuum trium superiorum planetarum, Saturni, Iovis & Martis, utputa terram ambientium, restitutioni debebatur, superato: restat nunc ut Veneri & Mercurio, qui ambo Ptolemæo infra Solem, Tychoni circa eundem, Copernico intra magnum orbem telluris versari existimantur, sequentem, divina similiter adjuti gratia, impendamus.


Hi autem à superioribus in eo discrepant, quod neque orbibus ipsorum (si modo orbis, ut Copernico & Tychoni visi sunt, quos Ptolemæus epicyclos nominat) eccentricitates suæ, ut superioribus, insint, sed potius solis orbi, vel proprio, qui tellurem ambit; neque (quod hæcenus deprehendere potui) hi planetæ, ut Luna & reliqui, verum cursum Solis, sed medium duntaxat in convolutionibus suis respiciunt, quemadmodum eundem quoque pro suis simplicibus ac periodicis per signiferum motibus agnoscunt, velut hæc omnia in posterum liquido ex ipsis ipsorum apparentiis ostendentur.

Hypotheses autem trium artificum, quibus quoque horum motus indifferenter commodissime adstringi possunt, primo generali delineatione secundum longitudinem indicabimus, postea eandem specialius & operosius secundum competentes singulis dimensionum partes in ipsa restitutione elaboraturi.

Rationes admodum variæ ac diversæ sese offerunt, hypotheses hæc æquipollentes constituendi; sed inter eas, ne nimium in discentium dispendium ludere velle videamur, faciliores & maxime Geometricas sequamur, primo in Ptolemæo ac Tychone eas, quæ Copernicæ suppositioni, per omnia circa prosthaphæreseon enucleationem congruunt; deinde superioribus finitimas, in quibus major facilitas & compendiosior motus supputandi ratio sese offert.

Ptolemæum, quod in hisce attinet, ut & hic super propriis centrīs æquales considerentur motus, & omnia canonum è triplici suppositione deducendorum conformitatem spirent, assumimus quidem in medio seu diametro orbis eccentricitatem; sed & super æquantis parte, velut diametro, circellum describimus, eumque ad orbis circumferentiam ablegamus, ea quidem conditione ac revolutionis lege, quæ mox indicabitur.

*Hypothesis generalis motuum Veneris & Mercurii Ptolemaica,
sed Geometria conformis.*



Super linea recta
A B C D, velut diametro,
& centro B describatur
orbis planetæ A D, posi-
taq; tellure in signo C, ut
fit linea B C dodrans ec-
centricitatis totius; pro
reliquo autem quadran-
te capiatur semidiameter
E L, & ad circumfere-
ntiam orbis educatur: po-
sito nunc epicycli centro
E, & concepta distantia
hinc ab A apogæo semi-
quadrantali, circinetur
K F L, cujus diameter
K L semper parallela ma-
neat B A in omni revolu-
tione. super eo itaq;, &
eccentricitate B C orbis
prosthaphæresis explica-


tur hoc modo. primum in triangulo B E C datorum laterum B E radii & B C eccentricitatis primæ, cum angulo E B C, qui complementum anomalie eccentrici est A E, invenitur tam angulus B E C, quam latus C E. porro quia F in circello K L duplicem ex hypothese revolutionem, in consequentia habet ad A E, adeo ut quando E fuerit in A aut D, erit F in K, integram revolutionem interea absolvens, idque in Venere; in Mercurio autem modo (ut Copernicus vult, & nos suo loco dispiciemus) plane contrario, & cæteroquin sesquirevolutione commensurabili. quocirca in hac positione, ut & semper, angulus K E F duplus est anguli A B E, & ideo B E F eidem A B E perpetuo æqualis. habet itaque triangulum C E F similiter duo latera C E & E F cognita, cum angulo C E F, qui major hic est F E B angulo prius acquisito B E C. proinde datur dictus angulus F C E, qui cum priore B E C in hoc loco constituit totum prosthaphæreticum eccentrici B P C vel F P E ablativum una cum latere C F. ulterius autem posito centro F, ac descripto epicyclo G H M N, in quo planeta etiam in signorum consequentia revolvitur; & recta e C per F in G producta, atque alia I H per centrum F parallela B E; manifestum est medium epicycli apogæum esse in H & verum in G, angulumque G F H, cui B P C æqualis est, hic contra addendum fore, ut distantia planetæ, sive in M vel N contactibus, sive alibi in epicyclo à vero apogæo ipsius, prodeat. quo facto, & constituta semidiametro epicycli F M, dantur ultimo in triangulo C F M identidem bina latera C F & F M cum angulo comprehenso C F M; idcirco non latebit angulus F C M epicycli prosthaphæresin tandem continens juxta digressionem vespertinam planetæ, quo modo etiam acquiritur angulus F C N circa digressionem matutinam.

Atqui hæc reformata Ptolemaica in hisce planetis suppositio est, à qua vel Copernicæa, vel Tychonica, ne nimium quidem quoad apparentias recedunt, ut mox ab iisdem colligetur.

Hypothesis Copernicæ in Venere & Mercurio.

Super lineam A D, & centro solis in ea B describatur magnus orbis telluris A D; deinde in ejus diametro seu eadem linea A D sumatur B K eccentricitas, ac posito centro K super tertia parte B K, circellus C L delineetur, cujus diameter C L propterea æqualis erit B C.

Porro tellure in conuolutione orbis sui in E per signorum consequentia constituta, ut distantia heic ab apogæo A semiquadrantaliter fiat, quoniam motus F in paruo circello, duplicis commensurationis est A E, etiam in signorum consequentia; proinde ex F quadrante heic a C distante, veluti centro ultimo orbis planetæ C H M N circinetur. hinc ductis ab E tellure lineis primum E B & E K, deinde E F usque in G, & alia per centrum orbis H I parallela B E, denique quæ apud orbis contactus conspiciuntur E M & E N, manifestum est omnia hic phænomenis suppositionis superioris congruere. nam & hic B E K & K E F anguli, prosthaphæresin totam eccentricitatis absolunt; & reliqua se eodem modo circa orbis apparentias habent. Quapropter pluribus superfedentes, ad Tyconicam suppositionem properemus breviter quoque ostendendam



Hypothesis Tyconicæ in Venere & Mercurio.

In sequenti schemate, centro B describatur orbis solis A D, conceptoque, ut prius, in eodem centro E distantia ab A semiquadrantali, circinetur epicyclus prior Tyconicus K P, cujus quidem diameter P K perpetuo parallela erit lineæ apogæi B A intellecta duntaxat per orbem A D devolutione centri E. porro factò in K centro, describatur secundus circellus seu epicyclus Tyconicus L C, in quo centrum orbis ipsius planetæ in consequentia fertur, duplici ad E in A D revolutione, initio in Venere à C per F factò, sed in Mercurio à L in C. denique F centro delineetur orbis proprius planetæ circa solem, ut fert Tyconiana hypothæsis, G H M N, acta autem B G, & alia parallela B E, nempe H I, manifestum & hic est, quod H sit apogæus planetæ orbis medius, sed G verus; à quo ad locum planetæ, in M aut N contactibus, vel quacunque circumferentiæ hujus parte commorantis, in consequentia signorum numerabitur. in cæteris quoque hæc suppositio Tyconica, quam hac appellatione, ob binos istos, per quos prosthaphæresis eccentrici explicatur, circellos insignimus, plane hisce cum superioribus convenit,

&

adeo ut plura de hisce in præsentiarum commemorare, equidem frustraneum duxerim. Quin etiam hæc suppositio facile ad Copernicæam traduci potest, ipsique per omnia satisfacere, imo etiam eo modo centro orbis eccentrici adaptari, quemadmodum in posteriore lunari hypothese liquet.

Quid dicam? tanta est in planetis hypotheseum cognatio, ut singuli pene omnes modos capiant, qui a nobis per hosce libros præmissi sunt, & ex artificum eorum censura deprompti, qui motus cœlestes aut circulares, aut ex hujusmodi compositos unice agnoscunt, mediis solummodo orbium motibus, ac eorundem semidiametris ad cœlestia phænomena verificatis. Qui labor quum adhuc in hisce duobus Venere ac Mercurio exantlandus superfit, proinde eundem, qui negotium præcipue concernit, animose in sequentibus obibimus.

CAPVT XVIII.

DE

Motuum Veneris restitutione, secundum longitudinem nostro seculo.

Hypotheseibus pro hisce planetis multifariam paratis, consequens est, ut restitutionem motuum eorundem rite ab observationibus cœlestibus metiamur; quod dum conamur, impari certe in hisce cum superioribus facilitatis via incedimus. Etenim quum hic, in utroque sidere maxime conveniret, ut observatas à sole elongationes utrinque maximas, quæ circa contactus orbium fiunt, haberemus, quo ad imitationem antecessorum Ptolemæi ac Copernici, in cognitionem tam apogæi ac prosthaphæreseos eccentrici, quam orbis amplitudinis, in singulis facilius hinc inde deveniremus: contigerat, quod cæteris temporibus raro; sed æstivo vix unquam propter obliquitatem spheræ nostræ, & perpetua crepuscula, observationes in hisce continuare licuerit. Proinde heic illicque sparsas per Tychonem colligere sumus coacti, quibus quoque nostras qualescunque, sed minime dubias, adjicimus, omnino confidentes, quod reiterato sæpe restitutionis conamine veritas tandem rectius ex omnibus hisce collatis, quam paucis earum cæteroquin reductis, appareat, præsertim quando in observationum reductione hujusmodi lubrica via est, non solum ob motuum aliquam inter cœlum & Ephemerides hæctenus exputatas inæqualitatem, sed refractionum quoque implicationem observationibus horum siderum plerumque adherentium. Veneris autem tales Tychonis juxta & nostræ observationes, in longum latumque deductæ, in sequenti tabella includuntur.

Nu- me.	Anni	Menses	Di- es	H. M.	Longitudo G. M. S.	Latitudo G. M.
1	1585	Septēb.	14	17 15	15 58 δ	2 8 M
2	1587	Ianuar.	15	4 40	16 55 χ	2 39 B
3	1587	Februar.	21	6 5	16 1 χ	8 56 B *
4	1587	Marti.	2	17 30	10 7 * χ	8 26 B *
5	1588	Decēb.	14	19 40	17 10 * η	3 10 B
6	1590	Decēb.	17	20 0	20 0 * \rightarrow	0 27 B
7	1594	Decēb.	15	5 10	21 0 \approx	1 16 M
8	1610	Decēb.	12	4 40	17 58 \approx	1 29 M
9	1616	Marti.	9	17 0	15 24 \approx	non est obs.

Hisce

Hiscæ observationibus prius à parallaxibus, & refractionibus, quoad fieri potuerit, liberatis, (præter tertiam & quartam, de quibus postea admonebo) hoc modo ad cursum Veneris secundum longitudinem restituendum usus sum. Primo pro apogæi loci inquisitione, adhibui in collationem cum tabulis Prutenicis, quas in Decembri utrinque acquisitas cernis, quasque non longe à perigæo Veneris abesse inter alia paritas digressionis utrinque à medio motu Solis, (nam hunc Venerem constanter potius, quam verum respicere certum est) convincit. Quibus primo rudi & qualicumque examini subjectis, deprehendi Veneris apogæum longe Copernicæa restitutione esse proveciorem, rectiusque Alphonsinæ hoc tempore convenire. Deinde pro maxima prosthaphæresi, simul atque amplitudine orbis Veneris maxima, binas, nempe primam & ultimam numero, in *δοκιμασίαν* direxi. Vnde liquido statim deprehendi, (retento æquante Veneris ad tertiam, ut in plerisque reliquis, totius eccentricitatis partem) & toti prosthaphæresi subtrahendam fore quasi partem duodecimam, & digressioni à Sole, quam parallaxin Copernicus vocat, partem circiter tricentessimam addendam.

Cæterum hæc omnia rudi, ut dixi, Minerva tentavi, donec anomalia orbis mediâ, in quantum & ipsa in Venere cursum, qui canoni Prutenico assignatur, superaret, penitus esset cognita. Ad quam rem bina quoque illa observata, nempe tertium & quartum, numero adhibui, quæ Tycho olim pene in perigæo orbis digressionis, id est conjunctione cum Sole, nactus erat. Quæ ob id à me postea diligenter custodita sunt, quod mirabile visum esset, Venerem in eo loco unquam nobis apparere; siquidem mane d. 24 Februar. se, (si id fidem merebitur) conspiciendam etiam præbuit, postquam 21 d. vesp. mensis ejusdem satis observabilis esset, id quod inter monumenta Tychonica videre me memini. Quod neque certe Danis nobis contigisset, nisi & hic spheræ obliquitas major fuisset, & insuper latitudinis Veneris in Septentrionem divagatio suppositionem Ptolemaicam & Copernicæam, imo Alphonsinorum quoque longe vicisset.

Viderint itaque, (ut id obiter heic inferam) optici quidam seculi nostri, quo jure sidera reliqua, ut Lunam, totum lumen suum à Sole mutuari satis audaciter affirmant, & pro hac sua assertionem Venerem testem producant, quod ipsa pro visibili sua quantitate in maximis elongationibus à Sole semiplena, instar Lunæ, in quadratura appareat. Qualis igitur in Solis fere copula? At dicant illi: Id latitudo ipsius fere 9 gr. causabatur.

Sed rursus quæritur, an Luna, quando à Sole tantillum distat, unquam vesperi aut mane nobis conspiciatur? Proinde ex hoc spectaculo, & quod optici in orbitatione Veneris à Sole maxima probare velle videntur, concludi quidem arbitror, Solem ad siderum lumina condensandum, quando firmiter sub certo angulo visionis obtutui nostro ostenduntur, aliquid addere; at nunquam nisi Lunæ illud unice distribuere: id quod etiam mysterio suo minime caret; nisi forte reliqua sidera, non ut Lunam, superficietenus, sed potius *καθόλως* lumen à Sole haurire malimus; quod tamen cometis proprium magis esse, caudarum vestigia ostendunt. Sed ut ad motus Veneris restituendos revertamur; ex commemoratis duabus observationibus, quæ anno 1587, circa vernum tempus, spatio novem dierum, ambæ acquisitæ sunt, opportunissimum fuit, anomalam orbis ejusdem emendare, siquidem unius minuti in hac mutatio, trium pene secundum longitudinem erat, ob maximam tunc Veneris ad tellurem appropinquationem. Observationes autem hæc binas, ut cœlitus acceptas, & in longum latumque digestas, ideo retinere duxi, ut refractiones longe majores in limine quasi finitoris, quam quæ à parallaxibus exhauriri potuerant, mutua ipsarum probatione rectius ostenderem, & caverem,

signiferi


signiferi in occasu ortuve dispositionis ratione habita; unde e refractionum utrinque redundantia sesqui quasi plus isti, quam illi attribuimus. Atqui sic semel anomalie dictae restauratione obtenta, quae fiebat, Prutenicae 1 gr. 18 m. additis, & eadem inter alias, per sextam numero observationem probatiore reddita, ubi Venus apogæo epicycli sui fuit propinquior, iterum iterumque de omnibus quoque reliquis periculum feci, donec tantisper intra differentiam decimæ gradus partis, nusquam sensibilter in reliquis excedentem, restitutio deventa esset; reperique ad finem anni Salvatoris nostri 1585 apogæum Veneris a vero æquinoctio verno 2 fig. 29½ gr. sed a medio 2 fig. 29 gr. 8 min. in antecedentia removeri: porro totam eccentricitatem Veneris non majorem esse 3208 p. quarum radius eccentrici est 100000; proinde semidiametro prioris epicycli eccentrici 2406 p. posteriori autem tertiam hujus partem, utputa 802 esse tribuendas. Quæ quidem eccentricitas licet coarctatior nobis in Venere, quam omnibus prædecessoribus, oboriatur, sensimque a Ptolemæo ad nos, ultra gradus semissem deficiat: tamen vere mutatam vix affirmare possim, tam ob solis stellarumque apud antiquos dubiam consignationem, quam refractionem ab ipsis perpetuo neglectam, quæ Veneris perinde ac solis, majorem in signis boreis moram, & idcirco laxiorem quoque eccentricitatis educationem apparenter contra veritatem efflagitat, siquidem apogæorum intuitu sol atque Venus haud procul a se invicem dissident. Et certe si refractionem nos causari heic frustra quis dixerit, siquidem ista omnia Theonis & Ptolemæi annotationibus, ad stellas fixas admittuntur; tamen hæc adeo lubricæ & stochasticæ sunt, ut quod verum ex istis statuatur, impossibile fuerit cognoscere, velut infra fusius & evidentius indicabitur. Per eadem autem observata loca, quibus Veneris eccentricitas restituta est, & alia in perigæo prope orbis contactus, postquam de amplitudine ejusdem per partem 300, ut supra retuli, augenda satis certo constitisset, proinde centro orbis in apogæo eccentrici rite locato, prodit circa contactum semidiameter hujus (qualium quoque radius eccentrici est 100000) 72248½, quæ Copernico fuit 71930.

Atque sic ex hisce integram Veneris hypothesin exstruximus, & ex eadem ulterius restitutionem motuum, in hoc fidere per omnia præmissa ejus observata loca probavimus, calculo in triangulorum analyfin (ne quid error, numeris Prutenicis forte admissus, nobis incommodaret) directo: quemadmodum nunc unum istorum, paradigmatis loco, eliciemus, & quidem secundum utramque præmissam hypothesin, quo æquipollentia in numeris quoque præcise satis ostendatur.

Assumamus itaque ad hanc rem observationem numero primam, quæ in Huæna facta est anno 1585, Septemb. 15, mane h. 5½. ubi exclusis parallaxibus atque refractionibus, cæterisque ad nostram fixarum suppositionem peractis, inventa est stella Veneris in 15 grad. 58 minut. Ω . Eodem autem tempore fuit media longitudo solis sive Veneris ab æquinoctio vernali vero 6 sign. 3. grad. 48½ min. sed apogæus restitutus etiam à vero æquinoctio erat 2 sign. 29 grad. 14½ minut. qua longitudini abstracta, remanet anomalia centri 3 fig. 4 gr. 33½ min. Præterea anomalia epicycli seu orbis Veneris similiter ad idem tempus juxta indicatam rationem restituta reperitur 7 fig. 7 gr. 10 min.

Hisce sic inventis substernuntur binæ hypotheses, quarum altera Copernicæ, altera Ptolemaica potius quam Tychonis, positione solummodo epicyclorum eccentrici diversa ab iis quas superius dedimus, ut cognosci possit, adhuc in planetis supereffe hypothesin illam, cujus similitudinem in luna, sub diversa tamen convolutione, reliquimus, quæ nihil plane ad phænomenon exhibitionem à reliquis discrepat, quam idem fuerit in eccentrici medio, &

pone circumferentiam, primam earundem inæqualitatem repræsentare. Prius igitur suppositioni Copernicæ *ὑπόθεσις* præmissa pro vero loco Veneris ad tempus præscriptum habendo, applicentur hoc modo,




Descripta hypothefi Copernicæ per omnia ei simili, quæ superius expreffa est, nisi quod ad datam revolutionem E telluris, seu distantiam ab A apogæo, deinde N planetę in orbe suo, cętera heic conformantur. idcirco quoniam A E anomalia eccentrici concessa erat 3 sign. 4 gr. 33 $\frac{1}{2}$ minut. cognoscitur in complemento ad semicirculum angulus D B E 85 gr. 26 $\frac{1}{2}$ min. qui cum lateribus comprehensis B E 1000000, utputa radio eccentrici, & B K 2406 eccentricitate restituta, primum triangulum trium datorum constituit; propter quæ etiam datur angulus B E K 1 gr. 22 min. 36 sec. una cum latere E K 99837. porro quoniam lege duplicis revolutionis centri orbis F ad E tellurem in suo orbe, inveniatur

nunc F à C in consequentia remotum 189 gr. 7 min. & angulus B K E constet 93 gr. 10 min. 54 sec. idcirco hoc ab illo distracto remanet angulus F K E 95 gr. 56 min. 6 sec. cum circumjectis lateribus cognitis, nempe E K 99837, & K F 802, tertia scilicet parte B K: quapropter non latebit angulus K E F 0 gr. 27 min. 26 sec. qui cum superiore B E K totam eccentrici prosthaphæresin Veneris hoc loco constituit 1 gr. 50 min. 2 sec. quam primo hic quæsivimus. deinde in eodem posteriore triangulo K E F datur latus E F 99925: tertio quandoquidem constat anomalia media orbis Veneris H P N 7 sign. 7 gr. 10 m. proinde addito angulo H F G 1 gr. 50 min. (neglectis 2 sec. quando nullius momenti fuerint) æquali B E F, qui differentia est inter veram anomaliã & mediam, fit dicta anomalia vera 7 sign. 9 gr. 0 min. & propterea angulus E F N 39 gr. 0 min. dantur quoque in trigono E F N latera E F 99925 & E N semidiameter orbis Veneris restituta 72248 $\frac{1}{2}$. quapropter ex hisce ultimo invenitur angulus F E N 46 gr. 5 min. 0 sec. commutatio seu parallaxis orbis Copernico nuncupata; cum quo conjuncto B E F 1 gr. 50 mi. quando uterque ablativus heic fuerit, datur differentia medii motus Veneris à vero 47 gr. 55 minut. 0 sec. quum autem medius prius constiterit 6 sign. 3 gr. 48 $\frac{1}{2}$ min. proinde dicta differentia hinc ablata, reperitur Venus ex calculo in 15 gr. 53 $\frac{1}{2}$ min. Ω , distans saltem à longitudine observata 4 $\frac{1}{2}$ min. quod certe perexiguum est, & propter orbis ejus, ad signiferi inclinationem, aliaque quæ observatis interveniunt, vix unquam ulla hypothefi præcisius determinandum. Nunc eosdem Veneris motus alteri de quo diximus hypothefi aliquando explorabimus, an eadem illinc phænomena educi queant. Quod si sic, de reliquis omnibus dubium esse nequit, quin ad eandem *δοκιμασίαν* præcisè sequentur.

Sit, (in seq. fig.) ut prius, linea recta A D, super qua statuitur terra juxta Ptolemæum in B: ac data eccentricitate B K: delineatur super K circello C L, cujus semidiameter in subtriplo proportionem est B K. in hoc autem cir-

cello,

circello, centrum eccentrici in signorum consequentia revolvi intelligitur in F conversione dupla centri epicycli planetæ. Igitur centro F describatur semiorbis ipsius planetæ secundum Ptolemæum A E D, secundum Ptolemæum, inquam; etenim nec Copernici, nec Tychonis hypothesis permittit orbem istum à terræ seu solis orbe esse alienū; & propterea centrum illius minime ad alterius planetæ eccentricitatem circūducibile. Sed instet Ptolemæus aliquis; neq; alibi uspiam permitti, ut eccentricitas unquam super alieno orbe se explicet, unde haud immerito concludi posse dicat, quod cuius planetæ proprius eccentricus rectius adsignetur. nam quavis intra epicyclū simul eccentricitas statui possit, quomodo nos præcedentibus aliquot suppositionibus effecimus; ubi tota circumferentiæ orbis primarii, in forma Tychonis adstringitur; tamen semper revolutionis dispositio apogæū in primario ceu ecliptico respiciet. Quæ certe causa non minima inter alias erat, cur hypotyposi Ptolemæi locum inter Copernicæam & Tychonicam concessimus; prius tamen ad normam Geometriæ (ut fecimus) reductæ. at in instituto nostro pergamus. igitur in hoc planetæ orbe A E D remoto è centro epicycli ab A apogæo 3 fig. 4 gr. 33½ min. consequens est, ut centrum F à C dupla mensura distet, scilicet 6 fig. 9 gr. 7 min. etiam in signorum consequentia. quapropter reliquum ad circulum complementum F C 5 fig. 20 gr. 53 minut. angulum mensurat C K F, circa quem latera concessa sunt B K, 2406, & K F 802. qualium radius orbis F E supponitur 100000. ex his itaque invenitur, primum angulus K B F 2 gr. 16½ min. deinde latus B F 3204 fere: sed angulus heic K B F (cui æqualis est arcus P O, quando K A & E P sint parallelæ) auferatur à media anomalia eccentrici, & remanet angulus O F E 3 fig. 2 gr. 17 min. & propterea angulus B F E 2 fig. 27 gr. 43 min. proinde in trigono B F E, datis (ut supra) duobus lateribus circa angulum B F E similiter datum, offertur e calculo primum prosthaphæresis integra F E B 1 gr. 50 mi. 4 sec. à superiore insensibiliter discrepans; deinde latus B E 99925 cum superiori F E plane conveniens, ob quam ubique convenientiam, nescit quoque angulus E B N ab angulo F E N in antecedente Copernicæa suppositione quicquam differre, quando δίδόμενα utrobique plane similia fuerint; nam & angulus hic H E G, angulo isthic H F G est æqualis; unde supposita eadem utrobique orbis anomalia H N, erit hic N E B illic angulo N F E æqualis; & quia B E & E N in hac hypothesis æquantur in priore E F & F N, datur propterea & hic angulus E B N, angulo isti F E N æqualis, utputa 46 grad. 5 minut. atque sic æquipollentiam in his duabus suppositionibus ostendimus. quod haud difficile fuerit, in reliquis omnibus quoque demonstrare, ut apparentiæ non nisi revolutionibus (quod plerunque) & epicyclorum



semiorbis primarii, in forma Tychonis adstringitur; tamen semper revolutionis dispositio apogæū in primario ceu ecliptico respiciet. Quæ certe causa non minima inter alias erat, cur hypotyposi Ptolemæi locum inter Copernicæam & Tychonicam concessimus; prius tamen ad normam Geometriæ (ut fecimus) reductæ. at in instituto nostro pergamus. igitur in hoc planetæ orbe A E D remoto è centro epicycli ab A apogæo 3 fig. 4 gr. 33½ min. consequens est, ut centrum F à C dupla mensura distet, scilicet 6 fig. 9 gr. 7 min. etiam in signorum consequentia. quapropter reliquum ad circulum complementum F C 5 fig. 20 gr. 53 minut. angulum mensurat C K F, circa quem latera concessa sunt B K, 2406, & K F 802. qualium radius orbis F E supponitur 100000. ex his itaque invenitur, primum angulus K B F 2 gr. 16½ min. deinde latus B F 3204 fere: sed angulus heic K B F (cui æqualis est arcus P O, quando K A & E P sint parallelæ) auferatur à media anomalia eccentrici, & remanet angulus O F E 3 fig. 2 gr. 17 min. & propterea angulus B F E 2 fig. 27 gr. 43 min. proinde in trigono B F E, datis (ut supra) duobus lateribus circa angulum B F E similiter datum, offertur e calculo primum prosthaphæresis integra F E B 1 gr. 50 mi. 4 sec. à superiore insensibiliter discrepans; deinde latus B E 99925 cum superiori F E plane conveniens, ob quam ubique convenientiam, nescit quoque angulus E B N ab angulo F E N in antecedente Copernicæa suppositione quicquam differre, quando δίδόμενα utrobique plane similia fuerint; nam & angulus hic H E G, angulo isthic H F G est æqualis; unde supposita eadem utrobique orbis anomalia H N, erit hic N E B illic angulo N F E æqualis; & quia B E & E N in hac hypothesis æquantur in priore E F & F N, datur propterea & hic angulus E B N, angulo isti F E N æqualis, utputa 46 grad. 5 minut. atque sic æquipollentiam in his duabus suppositionibus ostendimus. quod haud difficile fuerit, in reliquis omnibus quoque demonstrare, ut apparentiæ non nisi revolutionibus (quod plerunque) & epicyclorum

semidiametris (quod in singulis planetis contingit) variatis, variari queant, quod ab initio demonstrasse etfi fortean oportunius fuisset: occasio tamen primum nos huc transmisit, ut in luxuriante Venere, ipsi quoque hypothesium affluentia atque copia, ad omnia erraticorum phenomena exponenda & promiscue salvanda, luxuriaremus. Ad eam autem normam, quam in una harum suppositionum, in primis posteriore, quæ Tychnicæ, compendii ratione, similis est, reliquimus, etiam reliqua loca Veneris ad præmissa observationum tempora supputata, in collatione sic habent.

Collatio observationum præmissarum Veneris cum hypothesi restituta ejusdem.

Vide paulo supra loca Veneris observata cum suis temporibus, &c.

Nu.	Longit. media Veneris à vero æquin.				Anomalia eccentrici				Anomalia epicycli				Vera longit. Veneris sup.			Longi. Veneris obse.			Differ. Min.	
	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	G.	M.		
1	6	3	48	20	3	4	33	30	7	7	10	0	♄	15	53	1/2	♄	15	58	4 1/2 —
2	10	4	17	15	7	5	0	45	5	7	42	17	♃	16	50	1/2	♃	16	55	4 1/2 —
3	11	10	48	48	8	11	32	15	6	0	33	7	♃*	15	49	3/4	♃*	16	1	* 11 1/2 —
4	11	20	9	10	8	20	52	30	6	6	23	38	♃*	10	14	1/2	♃*	10	7	* 7 1/2 +
5	9	3	52	14	6	4	33	15	7	19	2	10	♄	17	6		♄	17	10	4 —
6	9	6	21	15	6	6	59	25	10	20	57	9	♃	20	4	1/2	♃	20	0	4 1/2 +
7	9	3	48	5	6	4	21	45	4	20	4	20	♃	21	6	1/2	♃	21	0	6 1/2 +
8	9	0	57	48	6	1	9	30	4	21	8	38	♃	18	4	1/2	♃	17	58	6 1/2 +
9	11	28	0	53	8	28	6	15	8	1	28	40	♃	15	24	1/2	♃	15	24	0 1/2 +

C A P V T X I X.

De motuum periodicorum Veneris eductione.

HÆc motuum Veneris secundum longitudinem, ad nostrum seculum restitutio fuit. Quoniam autem solis medius cursus communis quoque; hisce, Veneri scilicet & Mercurio statuitur; restat igitur, ut hoc capite de utraque Veneris anomalia, quemadmodum ad cuncta secula educi queat, agamus, veterum observata monumenta in disquisitionem assumendo; velut superius in reliquis à nobis factitatum est. De apogæi itaque eccentrici in hoc sidere prorogatione prima cura erit. Hanc à Ptolemæo ad nos usque; longe concitatiorem fuisse, quam Copernicus eandem suo tempore statuit, nos in præmissa restitutione reperiebamus. Etenim punctum Augis Veneris, quod ille præter portionem præcessionis æquinoctii interea, immobile cum Ptolemæo esse voluit, atque in 48 1/2 gr. orbis stellarum fixarum quiescere, nos supra ad finem anni 1585, ab æquinoctio verno vero remotum fuisse reperiebamus 89 1/2 gr. & sublata ad mentem Copernici æquinoctii præcessionem, 61 1/2 gr. differentia satis notabili, quæ ad 13 gr. fere extenditur. Verum uterque Ptolemæus atque Copernicus deceptus hic est; ille quod præter lubricas & incertas pene observationes, quibus confusus est, etiam iudicium de tardissimo puncti hujus motu, & vix quidem inter Theonem & ipsum perceptibili fecerat; hic vero quod suum, ut in aliis, iudicium ad Ptolemæi suspenderat, nec amplius per proprias ad cælum experimentationes hujus rei veritatem elicuerat. Quas autem Ptolemæus è Theone & seipso annotationes Veneris ad fixas nobis reliquerat; unde non modo situm apogæi eo tempore, sed universam Veneris à medio motu digressionem æstimaverat, primum discutientes, invenimus easdem, contra verba ipsius, nimium à maximis digressionibus, quæ penes epicycli contactum unice fiunt, ultra citraque fuisse remotas. Quod ut omnibus manifestum fiat, dictas observationes una cum temporum momentis, plurimum ad vetus exemplar Græcum restitutis, pariterque nostram solis & fixarum restitutionem exhibentibus, utraque sequenti synopsi includamus; addita quoque epicycli anomalia

Ptolem. lib. 10. cap. 2. Copern. lib. 5. cap. 20.

Lib. 10. cap. 1. & 2.

anomaliam media temporibus hujusmodi ubique congruente, quam è tabulis Prutenicis deprompsimus, atque per $\frac{1}{2}$ gradus unius abstractionem correximus, prout restitutioni ejusdem isto seculo quamproxime convenerat.

Summa observationum Veneris ad fixas à Theone & Ptolemæo Alexandriae olim factarum, una cum loco Solis, Veneris, & hujus ab illo digressionem (ut vult Ptolemæus) maxima.

Nu.	Epoche	An.	Menf.	D.	Moment.	Med. Solis			Loc. Ven.			Digres. Vener. à Sole.	
						S.	G.	M.	S.	G.	M.	G.	M.
1	Hadriani	16	Pharmuthi	21	Vesperis	♋	14	15	♄	1	30	47	15
2	Antonii	4	Thot.	11	Mane sequët.	♌	5	45	♅	18	30	47	15
3	Hadriani	12	Athyr.	21	Mane sequët.	♍	17	52	♆	0	20	47	32
4	Hadriani	21	Mechyr.	9	Vesperis	♎	2	4	♇	19	36	47	32
5	Hadriani	13	Epiphi	2	Mane sequët.	♏	25	24	♈	10	36	44	48
6	Hadriani	21	Tybi	2	Vesperis	♐	25	30	♉	12	50	47	20

Lib. 10. cap. 1.

Lib. 10. cap. 2.

Hæc summa fuit annotationis Ptolemæi. Quum autem eadem tempora Christi epocham respexerint, menses item & dies Iulianos, & præterea horam unam mane ante ortum solis; ac vesperi tantundem, post ejusdem occasum, quando scilicet Venus à fixis, quas Ptolemæus percenset, observabilis utcunque fuerit; quumque nostra in sole ac stellis à vero æquinoctio accesserit restitutio, & una orbis anomaliam; omnia in tabella sequente & horizonte Alexandrino oculis subjiciuntur.

Nu.	Ann. post Chr.	Menf.	D.	H. M.	Medius Solis motus.			Longitudo Veneris			Distantia Solis.			Anomaliam orbis Veneris.		
					S.	G.	M.	S.	G.	M.	G.	M.	S.	G.	M.	
1	132	Mart.	8	7 15	♋	14	49	♄	1	39	46	50	4	26	22	
2	140	Iuli.	29	16 12	♌	6	12	♅	19	1	47	11	7	26	13	
3	127	Octob.	11	17 20	♍	18	20	♆	2	6	46	14	7	24	2	
4	136	Decemb.	25	6 0	♎	2	36	♇	19	36	47	0	4	27	5	
5	129	Maj.	19	16 10	♏	25	53	♈	10	57	45	4	7	25	16	
6	136	Novemb.	18	6 10	♐	26	9	♉	13	4	46	55	4	4	17	

Tales evadunt consignationes locorum Veneris, atque ejusdem à sole digressiones, postquam solis & stellarum præmissa libro priorè restitutio retro ad seculum Ptolemæi fuerit extensa. Vnde quisque intelligens facile perspexerit, ubi simul quoque anomaliam orbis singulis adjectam examinaverit, quantum cælum ipsum ipsiusque, constantes revolutiones à Ptolemaico proposito de Theoria Veneris, super hujusmodi observationibus, extruenda, deflexerant. Nos autem, etiam si nihil admodum certi, ex hisce incertis colligere possimus: id tamen inde exportamus, quod posito apogæo eccentrici Veneris in $25\frac{1}{2}$ gr. ϑ : & deinde tam eccentricitate, quam digressionem maxima, ut nos invenimus, retentis; tunc nobis observationes præsentis, rectius quam Ptolemæo plerumque militent; quando scilicet legitimo examini subjiciuntur: nam quod tertia, quam Ptolemæus Theoni adscribit, integro gradu, tam à nobis, quam veritate diffideat, causam conjecto, aut unius diei, in Theone citando, apud Ptolemæum anticipationem fuisse, aut alium voluntarium errorem, qui proposito inservire potuit, quod in examine exquisito satis se prodit; quum eandem stellam, quæ quinta in Asterismo μ est, in Canone Ptolemaico ipsoque cælo quis intueatur atque perpendat. Nec est quod quis temere propter hanc à Ptolemæo discrepantiam, arietem fundamento reductionis restitutæ solis atque fixarum admoveat. Vbi-

que enim absque retorsione satis periculosa id fieri nequit, quandoquidem solis atque stellarum uniformis pene utroque, nostro ac Ptolemaico seculo, sic è restitutione nostra dispositio, & supra numeros Ptolemaicos redundantia offertur. Apogæum itaque Veneris, ut à Ptolemæo acceptum, & fortasse aliis melioribus observatis simul ab ipso inventum, sæpiusq; probatum, & insuper quoque nostra solis provectionis proportionem auctum retinebimus; quippe in $25\frac{1}{2}$ gr. & ad annum completum post natum mundi Salvatorem 140; qui nostro seculo, id fuit anno completo 1585, supra inventus erat in $29\frac{1}{2}$ gr. II ab æquinoctio vero. Inæqualitate itaque præcessionis æquinoctii rite interea applicata, quæ illic erat 20 min. addenda, heic 7 min. auferenda, promotum est dictum apogæi punctum Veneris 33 gr. 18 min. idque intervallo 1445 annorum Iulianorum. Ea proportione conveniunt

		Gr.	Min.	Sec.	Tert.
Annis	$\left\{ \begin{array}{l} 1000 \\ 100 \\ 20 \\ 1 \end{array} \right\}$	23	2	41	56
		2	18	16	12
			27	39	14
			1	22	$57\frac{1}{2}$

Hæc à medio solis convenienter subducta relinquunt ubique anomaliam eccentrici tabulæ infra inferendam.


Porro quod anomaliam epicycli seu orbis Veneris concernit. Primo pro eadem examinavimus observationem Ptolemæi habitam anno, ut refert, secundo Antonini, 29 d. mensis Tybi mane h. 4, 45 min. Alexandrini, quod tempus fuit anno à nato Christo 138, Decemb. d. 15, h. 15 $\frac{1}{2}$, in nostro horizonte. & quia sol eodem tempore, è nostra restitutione, secundum medium suum motum reperiebatur à vero æquinoctio in 22 gr. 43 min. → versari: stella autem in fronte m (ut nil de spica n̄ dicam, à cujus dimensione instrumento Ptolemaico aberrari potuit) in 6 gr. 54 min. m. Quapropter Venus secundum annotationem Ptolemæi $7\frac{1}{2}$ gr. m occupavit. Nam quamvis visum locum Lunæ secundum ejus supputationem, verius, ut reor, quam observationem, ad signatum reperimus in 6 gr. 45 min. m, adeo ut tunc lineam rectam cum Venere & clara frontis m constitueret, & eo modo planetæ locus amplius certificari posset; istam tamen Lunæ in tali linea ad signorum consequentia cum planeta & stella dispositionem fuisse, nemo sibi persuadebit, qui cursus Lunæ è legitima & cælestibus phænomenis congruente hypothese recte cognoverit. Quum enim ad tempus à Ptolemæo præscriptum & horizonta Alexandrinum motus Solis medius, secundum restitutionem nostram in 22 gr. 43 minut. → à vero æquinoctio repertus sit; lunæ item à sole distantia 10 sig. 19 gr. 14 min. quapropter ex hisce complicatis colligitur motus medius Lunæ in 11 gr. 57 min. n̄ fuisse, quem Ptolemæus ponit 11 gr. 24 min. m. Sed & anomalia lunæ, seu distantia ejus ab apogæo 87 gr. 49 min. quam quoque Ptolemæus habet 87 gr. 30 min. Vnde etiam lunam tunc & media fere elongatione inter quadraturam ultimam atque conjunctionem cum sole, & similiter in maxima propemodum prosthaphæresi eccentrici ablativa constitutam cernimus; at hæc nobis cum Ptolemæo pene eadem est, nempe 4 gr. 58 min. sed in reliqua lunæ deviatione satis notabilis inter nos differentia. Quam enim ipse priori accumulatur 41 min. duntaxat, id quod distantia inter mediam veramq; longitudinem lunæ 5 gr. 39 min. arguit; eam nos 1 gr. 6 min. Ptolemaica majorem fuisse, certissime in illa lunæ ad solem terramq; dispositione asserimus. Vnde ipsius lunæ prosthaphæresis apud nos ad 6 gr. 45 m. accreverat à proposita longitudine media auferenda, ut sit vera longitudo ejus in 5 gr. 12 m. m, quam Ptolemæus ponit in 5 gr. 45 m. ejusdem m.

Deinde quod parallaxin lunæ secundum longitudinem attinet, eam nos in altitu-

altitudine 20 gr. circiter ab horizonte Alexandrino atque distantia Lunæ à terra 57 semidiam. inuenimus totidem ad summum minuta, quam quoque Ptolemæus gradus integri esse voluit. Apparet itaque quod visibilis longitudo Lunæ eo tempore major esse non potuerit 6½ gr. m, quum tamen Ptolemæus eandem posuerit 6 gr. 45 m. m. Hæc pensculatius diduxi, ut lector intelligens cognosceret uniuersalem restitutionem Lunæ à nobis factam heic non ideo labefactari, quod à Ptolemæo discrepet, siquidem non aliam nunc atq; illo seculo digressionem Lunæ à medio cursu fuisse, alibi satis conuicimus. Quum autem majorem in observatis Ptolemaicis fidem multoties desiderauerimus, arbitramur etiamnum hoc loco lineam illam rectam excusari aliter non posse, quam ut stella in fronte m, Venerem atque Lunam per eandem, versus boream ita respexerit, ut ipsa Luna dodrante gradus provector appareret; unde Venus in 6 gr. 33 m. m cerni potuisset. Verum ne conjectura rem hic agere velle videamur; proinde potius observatum hoc Ptolemaicum deserimus, & antiquum Timocharidis pro motu Veneris per epicyclum restaurando seligimus, quod quoque Ptolemæus describit factum fuisse anno 13 Philadelphi, mensis Messori die 17 exacto: vel hora 12, id est mane in diluculo diei 18. Qui quidem annus incidit in 3693 post primum mundi bisextilem, seu ante Christum 272, diem 11 Octob. h. 18 Alexandria; Hafniæ vero h. 16 min. 25. Tunc enim Veneris stella cernebatur exacte obscurasse oppositam Vindemiatrici, quæ quidem fixa secundum nostram restitutionem reductionemque fuit ad id tempus in 3½ gr. m, cum latitudine 1 gr. 16 m. B. ubi & Venerem hæsisse observatio habet. Ad hoc autem temporis momentum, Solis medius motus à vero æquinoctio elongatus fuit per 6 fig. 16 gr. 6½ min. unde distantia Veneris ab eodem fuisse comperitur 42 gr. 56½ min. adeo ut hæc maximam elongationem matutinam esset transvecta.


Porro quoniam motus apogæi Veneris proportionaliter ab iis, quæ de eodem modo præmissimus, huc reductus inueniatur in 16½ gr. v. Quare cum hujus à Solis loco fiat subductio, ostenditur in residuo anomalia eccentrici 4 fig. 29 gr. 56½ min. His sic præparatis, delineetur hypothesi Veneris adhuc in alia, & quidem in sexta cum præmissis forma, quæ Copernico cum expressa juxta medium eccentricitate, & epicyclo penes circumferentiam eccentrici, in superioribus est familiarissima; sed ob epicycli seu orbis Veneris positionem, Ptolemæo, aut Tycho ni congrua, hoc modo.

Super B centro descripti eccentrici Veneris A D ducatur diameter A D, in qua posita tellure in C, fiat eccentricitas B C 2406, qualium radius eccentrici B A est 100000. deinde circello æquatoreo, ad circumferentiam eccen-



Mm 4

trici



trici juxta Copernicum in superioribus, relegato, erit hujus centrum E distans ab A apogæo per anomaliam Veneris datam 4 fig. 29 gr. 56 $\frac{1}{2}$ min. & semidiameter EK 802, ut superius in restitutione nostra inventa sunt, neque, ut putamus, aut in adductis Theonis ac Ptolemaicis monumentis discrete apparet, unquam immutata. quoniam vero revolutio centri epicycli F in æquantis circello commensurabilis statuitur E centro ejusdem per eccentricum, adeo ut quando E fuerit in A apogæo, erit F in P perigæo

dicti æquantis; proinde angulus PEF semper æqualis est angulo ABE. In resolutione itaque præsentis hypotheseos, primo in triangulo CBE, dantur BC 2406; BE radius, utputa 100000, & præterea angulus comprehensus CBE 30 gr. 3 $\frac{1}{2}$ min. est siquidem iste complementum anomalie eccentrici datæ ad semicirculum: quare ex hisce invenitur angulus BEC 0 gr. 42 m. 20 sec. una cum latere CE 97940; deinde in triangulo ECF quia concessa sunt CE modo inventum 97940: item EF 802, & angulus insuper comprehensus CEF 150 gr. 38 mi. 50 sec. superans BEF angulo acquisito BEC; emergit itaque heic angulus ECF 0 gr. 13 mi. 34 sec. & præterea latus CF 98655. sed ex aggregatis BEC & ECF, componitur tota prosthaphæresis eccentrici 0 gr. 56 m. 3 sec. determinata angulo CRB. porro centro F describatur epicyclus Veneris HMQNG:educta vero in rectum CF in G & alia diametro epicycli QH parallela BE, ac demum posita stella Veneris in N, manifestum est HQN mensuram anomalie epicycli mediæ, sed GHQN veræ continere, cujus quidem differentia est arcus HG, æqualis prosthaphæretico BRC. cæterum quandoquidem anomaliam eandem heic venari intendimus; videndum est, quo pacto in triangulo FCN tria pro quæsito angulo CFN *διδομενα* haberi queant, quo quidem angulo Venus matutina in N à linea perigæa M per epicyclum E innotescit. quum itaque ipsum N seu locus Veneris, à vero æquinoctio prius constiterit in 3 gr. 10 m. η hæsisse, sed & medius Solis seu Veneris motus ab eodem æquinoctio penes punctum E in 16 gr. 6 $\frac{1}{2}$ m. α fuisse, proinde angulo prosthaphæreseon eccentrici BRC 56 m. 3 sec. huic subtracto, relinquitur punctum F in 15 gr. 10 $\frac{1}{2}$ min. fere α ; à Veneris observata longitudine in consequentia distans 42 gr. 0 $\frac{1}{2}$ mi. unde anguli FCN mensura constat.

Data quoque sunt latera CF 98655; & FN 72248 $\frac{1}{2}$; è suprema nostra restitutione, quam quoque perpetuo ratam arbitramur. quocirca in apertum produ-

producitur angulus quæsitus C F N 71 gr. 55 minut. qui arcum in epicyclo M N metitur; à quo quum auferatur M Q 56 min. & residuo addatur semicirculus H Q, conflatur quæsitæ media anomalia commutationis Veneris, ad momentum antiquæ hujus observationis 250 gr. 59 min. quam tabulæ Prutenicæ exputatam exhibent 252 gr. 6 min. cum Ptolemæo quamproxime convenientem. Differentiam autem hic inter Ptolemaicam ac nostram restitutionem paulo ultra integrum gradum exfurgentem nemo admirabitur, qui intelligit & multum emendationi Solis ac fixarum deberi, & πραγμάτων hanc de tali anomalia restituenda haud oportune satis, imo vix satis certo, juxta maximam pene Veneris digressionem institui; siquidem apparentiæ heic perexigua mutatio, maximam anomaliæ inferat, ut propterea longe certior, apogæum aut perigæum epicycli propius, experimentatio facta fuisset, modo præcæ observationes similiter ut nostræ in iis locis suppetiissent, quibus quando destituimur, invento acquiescendum est.

Pro extensione autem dictæ anomaliæ (quam commutationis appellamus communiter) ad omnia mundi secula, expedito ac majore quam in superioribus compendio heic utimur; postquam enim Rheinholdi diligentiam in mediis motibus per tabulas suas Prutenicas supputatis, probatam satis invenissemus, & hic quoque intervallum annorum Iulianorum computationi subjecissemus, quod scilicet anno à primo bifextili mundi 3693, 1 gr. 7 m. dictæ tabulæ in motu commutationis Veneris redundant; sed tempore nostræ restitutionis, quod fuit anno mundi dicto 5550, qui incidit in annum à nato Salvatore 1586, eidem motui 1 gr. 18 m. in tabulis Prutenicis deficient; quocirca utraque complicata differentia, nempe 2 gr. 25 m. intervallo 1857 annorum Iulianorum, Prutenicam supputationem exsuperans, ubi rite in singulas temporum species distributa fuerit, competunt ex hac,

		<i>Gr.</i>	<i>Mi.</i>	<i>Sec.</i>	<i>Tert.</i>	
Annis	{	1000	1	18	5	0
		100	0	7	48	30
		20	0	1	33	42
		1	0	0	4	41

Quæ ubi singulis annorum speciebus in Prutenicis adjecta fuerint, & hinc epochæ usitatæ postea constitutæ, emergit quoque hujus motus restitutio, quam tabula infra suo loco ostendet.

CAPVTV XX.

DE

Mercurii motuum emendatione per longitudinem nostræ etati conveniente.


PLures diversas hypotheses, quibus eadem Veneris phænomena salvanda fiuntur, superiore ejus restitutione dedimus; ubi quoque longitudinem ipsius mediam per eclipticam, à Solis simplici individuam esse, observationes quotquot in restaurationem hujus adduximus liquido omnes testantur. Secus enim constitutæ eccentricitati, apparentiæ cœlestes minime ex omni parte, & quavis Solis à tellure distantia, congruæ fuissent, præsertim in tanta orbis amplitudine, ubi exigua distantiae mutatio sensibilem satis phænomenon mutationem cæteroquin induxisset. Nunc vero, quod divina clementia voluit, Mercurio ultimas manus injiciemus, de cujus lubricitate Astronomi hæcenus non minus quam de terrestri

